



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Thiemo Ep. Mart. 28. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

S. THIEMO EP. MART. 28. Septembri.

Natus in illustri Bojorum familiâ THIEMO,
& in sinu sociorum D. Benedicti educatus,
literas omnes à primis annis imbibit. addidit
deinde pingendi fingendique & cælandi artes.
Tam doctum ille artifex dæmon pænè fefellit,
cùm fugam è cœnobio persuasit. Sed acceptam
ignominiam reversus mox novâ victoriâ obruit,
&, ut hanc probari à Superis scires, in sequente
nocte per somnum victori sibi deferri insulam Sa-
lisburgensem & Martyrum palmam vidi. Nec
multò pòst moriens Gebhardus Pont. heredem
THIEMONEM dixit. Sed involavit in hanc Pseu-
doepiscopus Berchtoldus, qui pro Imp. Henrico
contra Pont. Greg. stabat. Hic captivo THIEMO-
NI spem insulæ auferre cum capite voluit. Sed aut
exerravit gladius, aut duriorem se cervicem de-
prehendit. THIEMO modò palmam prehenderet,
facile insulam missam facturus, elapsus è carcere
Hierosolymam unà cum Guelfone petiit. Sed à
Turcis captus, cùm statuariam artem professus
esset, jussus est truncum & deformatum Maho-
metis simulacrum splendori pristino reddere. Hic
THIEMO malleum aliaque artis instrumenta pe-
tere; mox, ubi hæc ad manus fuere, celebre &
oraculis illustre idolum in mille alias partes de-
formare, numquam doctius arte suâ usus. Nec
præmium artifici suo defuit, scuticis toxicatis cæ-
so, omnibusque membris trunco venter discissus,
baculoq; implexa ilia sède suâ cum corde evulsa.

Reliquit

28.Sept.
cūm per
Ephrem

embris.

HIEMO,
ucatus,
addidit
i artes.
efellit,
ceptam
obruit,
quente
lam Sa-
t. Nec
eredem
e Pseu-
lenrico
HIEMO-
Sed aut
em de-
nderet,
carcere
Sed à
ofessus
Maho-
re. Hic
ta pe-
ebre &
tes de-
. Nec
atis cæ-
scissus,
evulsa.
eliquit

28.Sept. VITA SANCTORVM. 473
Reliquit tamen opus immortale post se, & quale
nullum Praxiteles. Ex Bavar. Sanctâ.

Beatus qui sanctitatem ut lucem diligit, & tenebrofis
diaboli operibus non inquinat corpus suum in conspectu
sanctissimi Dei nostri. Beatus qui corpus suum Serva-
tori custodit in sanctitate, & malis operibus non conta-
minat animam suam, sed gratus manet in Domino Deo
suo. S.Ephrem in Beatitud.

S. VVENCESLAUS M. 28.Septembri.

DIsparis educationis dispare exitus vide.
Erant VVENCESLAVS & Boleslaus germani
fratres, Bohemiæ uterque Dux: sed illum avia
Ludmilla sanctissima matrona, hunc monstrum
mulieris Drahomira mater eduxit. Nempe uterq;
mores nutricis imbibit. Fratres negares: tam iste
pietatem oderat, tam ille amaverat. Ille divina
humanaque omnia susque deque habere; hic verò
nudis pedibus summâ hieme templa obire, & fa-
cienti Sacerdoti minister adesse. Ostendit cælum,
gratum sibi esse, hominem iis muniis assuescere,
quibus cives sui Angeli delectarentur. Cum enim
in Radislaum moveret VVENCESLAVS parcus san-
guinis suorum, sed prodigus sui, hosti duellum
obrulit, ensiculo brevi succinctus, sed benè loricâ
è cilicio & cruce armatus. Adebat ille totus fer-
reus, hastâque ingenti & machæram timendus; ve-
rum pugnam sibi non cum homine esse, sed An-
gelo videt, qui perterritu ad genua VVENCESLAI
cogit descendere. Quin Otho etiam Imperator
cum comitia haberet, inter Angelorum manus
ingredi aulam VVENCESLAVM vedit, comitatu
profecto ipsi etiam Imperatori invidendo. Tan-
dem Drahomira blandis verbis ad se invitatum

per